



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1843

CCXXXVII. Markgraf Otto der J. von Brandenburg genehmigt die von dem
Römischen Könige Rudolph vorgenommene Verpfändung des Zolles zu
Boppart an Grafen Eberhard von Katzenellenbogen, am 2. Oktober ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

septem marcis cum dimidia Brandenburgensis argenti, in quibus Hinrico de Hetfelde et antiquo Floren et Hartwico Leoni de Erteneberg, fuimus obligati, adhuc ipsis soluere tenemur de debitis dictis triginta duos choros siliginis et dezem et octo marcas Brandenburgensis argenti in festo beati Martini proxime nunc venturo. Quod si burgenfibus iam dictis ad terminum nominatum non soluerimus, tunc Magdeburg uel Stendal aut Tangermundhe, vbicumque istorum trium locorum voluerimus, intrabimus ad iacendum cum nostris militibus, videlicet Johanne de Boc, Yone de Caluerwifch, Gerhardo de Kerckowe et Zabel dicto de Plawe, Conrado de Redere, Thiderico de Osterborg et Otone dicto Pincerna, inde non exituri, nisi de predictorum burgenfium ciuitatis Hammenburgensis, scilicet Hinrici, Floren et Hartwici, beniuola fuerit voluntate. Hec etenim omnia cum militibus predictis fide data promissimus inuiolabiliter obseruare. Vt autem hec inconuulla maneant, in testimonium presens scriptum nostri sigilli munimine fecimus roborari. Datum et actum Stendale, anno Domini M^o. CC^o. LXXXquinto, in vigilia beati Bartholomei apostoli.

Aus Lappenberg's Hamb. Urkunden. I. S. 670. Nr. DCCCXVII.

CCXXXVII. Markgraf Otto der J. von Brandenburg genehmigt die von dem Römischen Könige Rudolph vorgenommene Verpfändung des Zolles zu Boppard an Grafen Eberhard von Katzenellenbogen, am 2. Oktober 1285.

Nos Otto, Dei gratia Marchio Brandenburgensis, Junior, tenore presentium recognoscimus publice profitendo, quod nos obligationem thelonii Serenissimi Patris et Domini nostri Rudolphi, Romanorum Regis illustris et Imperii apud Bopardiam, quam obligationem dictus Pater noster et Dominus Rex fecit Viro Nobili Domino Eberhardo, Comiti de Katzenellenbogen, et suis heredibus, pro duodecim milibus marcarum denariorum Colonienfium, quam summam idem Comes in prefati Patris nostri et Domini et Imperii necessitatibus exposuit, et excepit, et in se recepit, admittimus, ratificamus, et de nostro consensu et libera voluntate gratam et acceptam habemus testimonio presentium litterarum. Datum Anno Domini Millefimo Ducentesimo LXXXV., quinto nonas Octobris in crastino beati Remigii Confessoris.

Aus Wenck's Hess. Landesgeschichte Bd. I. Urkunden. S. 53. Die Verpfändung des Zolles geschah durch König Rudolph zu Worms am 11. November 1282. —